Viro Clarissimo, et doctissimo,
de Studiis optime merito
Dn: Barradie Philosophiæ doctori
Celeberrimo
S. P. d.

Henr: Jac: Van Bashuysen D.

Cum fama Tuæ Eruditionis à Sp: S.
profecta, mediante optimi Rev: Dn: Patris
felici institutione, seduloq labore Tuo,
dudum ad me pervenerit, interprete præcipue
Amico meo Coth: Aul: Conc. et Pastore
Eccl. R. Baaslebiensis, cui inde [illegible]
Metoptulum à Reverendo Dn: Heuslingio editum
cum Ep: ad me Gallica typis evulgatam atque
Exercitium pietatis 69 hoc est præpa=
rationem meam ad S.C. ad Te, si velis, per=
ferenda dederam, cum petito, Tuam de
illo Exercitio dandi rescripto sententiam,
sed cum nullam de ea commissione adhuc acceperim no=
titiam, hinc Tibi Latore pio Schultzio, no=
vam Thesium illarum Edit: mitto: Ut experiar
quid de in pref. Tractatus posita questio=
ne sentias, num bene agam, quod meos ma=
ture in arte disputandi exerceam, vel non?

Libet

AV

Litium auctor est ȜTVS, qui est veluti mare
quod nunquam quiescere, sed semper suas sordes
ejicere solet. Hinc ad eum non raro allu-
do addita his disp: m. Jun: Anni 1720 hic
publice habita, quando Senecta abundabat
Studiosis, quibus iam carebit, dum cum tali
Collega ei conflictandum erit: Coetera quia
in disp: praemissa est inde contenti sed
à Sp. S. informati mei Respondentis
Krause, provoco ad Typum Lecti:
1731 editum et illum his, tua venia addo:
Ex quibus videbis, me iam diu cum illo Prof.
Juris certasse, de veritate exercitii dis-
putatorii, mature instituendi et cum
fine scrutinii veri exercendi.
Continuat idem Antiq: Judaicas, omnibus hodie
in explicatione S. S. approbatas: Quo de
in praef. Clav. Talm. et Tomis Animad.
sel. ad diversa S. S. Delfis apud Boitet
editis, et alibi fusius egi.
Hoc unicum abs Te V. doctissime peto, ut
conniveas erroribus calami, sive Typogra-
phi, et vitio mei Correctoris mei, quando
praemium per e simplex scripsimus, et quae
aliae ex festinatione sunt ortae corruptiones,
meque quod valde peto, responsoriis honorare
digneris: Qui sincero ad Deum voto, à
fabe

patre Luminū petò, ut Te porro illuminare et
Sua gratia in veritatis tramite ducere, Tua studia
ita Sanctificare velit, ut ea cedant ad Æter: S. Nu=
minis, Tuam felicitatem, Reip. et Eccl. Usū, opti=
mi Genitoris gaudiū. Et exemplū nostræ Juventu=
tis, ut plerumque nimis voluptuosæ, securæ et pigræ:
Sic vale et brevi cursore ordinario, ut certo litteræ
ad me perferant, scribe, quid in Tuis agas, et quid
de meis hisce, supra memoratis sentias: Deus
sit nobiscum, Amen. Dabam Serveste a. d.
III Oct: A. Æ. Vulgaris MDCCXXXV. in
ipso Gymnasio Serenissimorum Principū Anhalti=
norum.

P.S. Tandem Tua venia adjicio disp. filii
mei Tertii Exerc: piet. 68, qui tenere adhuc
se Tibi comendat, primus enim Auctor Tr. de
Usu Philologiæ in omnibus disciplinis, Gual=
therus, ex patre meo B. Hollando, vocatur,
et V. D. M. apud Hanovienses, in
villa Nieder=Rodenbach dicta, de=
fungitur: Tibi per Ep. ad me, omnia fausta et
felicia adprecatus saepe.

Lettres Latines de divers Profeſſeurs dautres ſavans.